



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XX. Vtrùm Confessio, cùm necessariò reiteranda est, particulariter & explicitè repetenda sit, an sufficiat, in genere dicendo: Co[n]fiteor me omnia illa com[m]isisse, quae olim vobis confessus fui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

Caput IIII. De Confessione

*Responſio.* **N**ON: Quia cum eo confitit, quod Cōfessio prius facta, simul & Absolutio, fuerit legitima & valida, & propterea non iteranda. Nam fieri potest, pœnitentem cum debita contritione, & præmissa debita discussione conscientia, absque aliquo impedimento fuisse suo proprio Parocho cōfessum; quæ Confessio & Absolutio, proculdubio fuit valida, tam ex parte confitentis, quam absoluentis. Confessio autem & Absolutio semel legitimè facta, non potest reddi inanis per peccatum, post committendum. Ac proinde, si postea succedat iniunctæ pœnitentiæ obliuio: non inde fit, vt Absolutio, quæ fuit valida, ita spoliatur suo effectu; vt vana fiat.

Si tamen peccator velit in hoc sæculo pro peccatis confessis satisfacere iuxta qualitatem, & quantitatem peccatorum, quæ commisit, & iniunctæ pœnitentiæ oblitus est; poterit eadem peccata iterum confiteri, ad finem hunc, vt debita pœnitentia illi iniungatur: attamen hoc voluntatis est, non necessitatis; quia liberum est pœnitenti, in hoc sæculo satisfacere, aut satisfactionem ad Purgatorium differre.

*Quæstio* **E**stne Cōfessio, cum necessariò reiteranda est, particulariter & explicitè repetenda; an sufficit, in genere dicendo: Confiteor me omnia illa commississe, quæ olim vobis confessus fui?

**S**i peccata tua iterum confitearis, sed alij *Respōsio.*  
Sacerdoti, tunc nō dubium, quin in par-  
ticulari sit reiteranda.

Si autem fiat priori Confessario: distin-  
guunt Doctores; quia vel peccata prius con-  
fessa exciderunt à memoria illius Confessa-  
rij, vel non: Si non, satis est Confessionem in  
genere reiterare; secus autem, si à memoria  
Confessarij exciderunt.

*Potēstne Confessio peccatorum legiti- Questio*  
*ma & valida semel facta, nulla neces- XXI.*  
*sitate compellente; sed sua sponte, à*  
*pœnitente licitè, & cum fructu*  
*reiterari?*

**D**istingendum est de Confessione, & de *Respōsio.*  
Absolutione; cū vtriusque non par sit  
ratio. Nam de Confessione nulla est quæ-  
stio; quin possit eadem frequenter eidem, &  
diuersis Sacerdotibus fieri: Nec dubium est,  
huiusmodi iteratam Cōfessionem eorundē  
peccatorū fructuosam esse ex opere operan-  
tis, ratione humilitatis ipsius peccatoris; &  
ratione reiteratæ contritionis: ex qua denuò  
Confessio procedit; & ratione verecundiæ,  
quam in ipsa peccatorum Cōfessione habet.  
Et demū ratione consilij & correctionis,  
qua ei Confessarius potest subuenire.

Clarissimum huius doctrinæ testimoniū  
peti potest, tum à cōmuni Doctorum, et san-  
ctitate